MASTER NEGATIVE NO. 93-81316-13

AUTHOR:

HUESER, BALTHASAR

TITLE:

DE CASUUM USU SYNTACTICO

PLACE:

MONASTERII

DATE:

1863

Master Negative #

93-81316-13

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/SAVE  Books      FUL/BIB   NYCG93-B2180        Acq Maintenance  NYCG-TLK
FIN ID NYCG93-B2180 - Record 1 of 1 - SAVE record
UNI
 ID:NYCG93-B2180            RTYP:a    ST:s    FRN:   MS:   EL:u     AD:03-16-93
 CC:9667  BLT:am    DCF:    CSC:d    MOD:    SNR:      ATC:       UD:03-16-93
 CP:gw     L:lat    INT:    GPC:     BIO:    FIC:0     CON:
 PC:s      PD:1863/         REP:a    CPI:0   FSI:0     ILC:        II:0
 MMD:d     OR:?   POL:b   DM:d    RR:d???    COL:b     EML:a      GEN:c  BSE:a
 040       NNC‡cNNC
 100 1     Hueser, Balthasar.
 245 13    De casuum usu syntactico‡h[microform].‡c[Scripsit] Balthasarus Hueser.
 260       Monasterii,‡bTypis F. Cazin.‡c1863.
 300       41 p.
 502       Dissertation--M_unster.
 LDG       RLIN
 QD        03-16-93
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm   REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4-23-93   INITIALS MGY

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE

CASUUM USU SYNTACTICO.

DISSERTATIO GRAMMATICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

CALENDIS MAIIS A. MDCCCLXIII.

IN PUBLICO DEFENDET

BALTHASARUS HUESER
COLONIENSIS.

MONASTERII,
TYPIS FRIDERICI CAZIN.

FERDINANDO GABRIEL

AQUILAE RUBRAE EQUITI.

§. 1.

Praeclarissimum illud, quod nostro tempore floret, grammaticae comparativae studium in eo versatur, ut, quae similitudines quaeque dissimilitudines inter singulas generis humani linguas inveniantur, pervestiget. Sed hanc rem aggressuro non parva quaedam difficultas occurrit posita in legum exceptionumque paene innumerabili copia quibus ea, quae unicuique linguae propria sunt, continentur. Quare in singulis quibusque linguis ante omnia studendum, primum, ut exceptiones quam maxime fieri potest opinatas tantum esse demonstremus, tum vero, ut leges ipsas ad certam aliquam grammaticae partem pertinentes ad unum quoddam principium revocemus. Hoc inter alia observandum est in usu syntactico formarum, inter quas illae casuales non infimum profecto obtinent locum.

Quam rem ut accurate cognoscamus, indicem opus est percurramus aliquem grammaticae Graecae continentem singula capita, in quibus exempli causa de genitivo agitur. Ubi quum inveneris genitivum possessivum, subiectivum, obiectivum, chorographicum, genitivum pendentem a verbis reminiscendi, curandi, tangendi et quae cetera sunt nomina plurima, nonne tum communem illum fontem desiderabis, e quo haec genera omnia ducantur? Nisi forte ea iniuria linguae maiestatem afficere volumus, ut eam summa licentia in hac re egisse putemus, et non potius id persuasum habemus, varios eiusdem formae grammaticalis usus vinculo quodam legeque linguae innata

inter se coniunctos esse debere. Itaque qui aliqua ex parte grammatici, qui vere dicitur, laudem sibi parare studuerunt non praetermiserunt, priusquam ad singulos uniuscuiusque casus usus accederent, semper definitionem aliquam proponere, laudabili eo consilio ducti, ut ex infinito illo campo conspectus exsurgeret e quo omnia considerarentur et quae linguae naturae apta essent, quae non, facillime diiudicarentur. Sed in hoc consilio quum viros doctos concordes videmus, singulas eorum definitiones inter se comparantes quam maxime eos discordare et diversissimas saepe explicandi vias ingredi animadvertimus.

§. 2.

Hic mihi locus esse videtur, ut genitivi quadam definitione proposita qua de causa totum eiusmodi casus definiendi genus reiiciendum sit, ostendam, una iudicaturus, quale illud genus esse debeat, quod ei opponendum videatur. Auctorem illa habet Godofredum Hermannum virum summum, qui in appendice ad Vigerum p. 877: „Genitivi, inquit, id proprium est indicare, cuius quid quocunque modo accidens est.“ At hercle, hic ipse terminus philosophorum, quam vagus ipse sit, quam multis subiectus interpretationibus, supervacaneum est fusius dicere. Philosophiae quidem omnino nullum in rebus gramaticis locum esse multum abest, ut contendam. Imo quum oratio, quae sine ratione nulla est, ad eum usum hominibus sit data, ut cogitationes affectusque suos aperiant, quorum legibus pervestigandis magna pars philosophiae continetur, studium grammaticae ne esse quidem sine philosophiae auxilio potest. Quodsi oratio exprimit perceptiones subiectivas, (neque enim vocabula, ut praeclare ait Guilhelmus de Humboldt, simulacra sunt rerum ipsarum, sed imaginum ex iis in mente nostra ortarum) hoc igitur de linguae natura iudicio admisso, primum quomodo homines in singulis rebus nominibus designandis egisse putemus, quaeritur. Tradit igitur psychologia ut unam ex iis legibus, ad quas omnia sint referenda, mentis perceptiones cuiuscunque generis non

excitari, nisi rerum externarum natura, cum qua illa sensuum auxilio cohaereat. Inde sequitur, orationem ita constitutam esse debere, ut huic legi primae quam maxime sit consentanea. In vocabulorum igitur radicibus scrutandis non prius est acquiescendum, quam in unam aliquam incurrerimus, quae significatum sensibus subiectum in se contineat. Hoc ductos homines rei nomen dedisse censemus. „Omnia nomina, inquit Grimmius (Ursprung der Sprache p. 44) originem trahunt a verbis, quorum vis sensibus subiecta in illa est translata.“ Itaque si comparationem licet adhibere, etymologiae studiosis idem fere est faciendum, quod primos Graeciae philosophos fecisse scimus, qui e certis quibusdam elementis aut compressis aut extentis omnem rerum naturam extitisse docuerunt.

Singulorum vocabulorum significatione principali intellecta, alia quaestio est adeunda. Cuiusnam enim sit generis complurium vocabulorum coniunctio talis, qualis in tota quadam enuntiatione occurrit, id iam ut inquiramus disputationis ordo postulat. Dubitandum vero non est, quin, quemadmodum singularum in natura rerum relationes in spatiis positae sunt, ita in enuntiatione, cuius partes sic se excipiunt, ut alteram ex altera pendere dicamus, ex spatiorum ratione homines orsi varias cogitandi formas expresserint. Hinc procedens mens magis magisque sensuum auxilio remoto, ut et singula vocabula, quod iis initio erat corporalis abiiciunt et abstractionibus serviunt, spatiorum rationum obliviscitur. Exempli causa, enuntiationem: „Er liegt an einer Krankheit danieder,“ quis primo aspectu ad sensuum perceptionem revocat? At propius si animum advertimus, non possumus, quin hominem quasi catenis morbo illigatum et sic humi iacentem nobis ante oculos ponamus.

Hac digressione facta ad disputationem nostram revertimur, quum id consecuti sumus, quamcunque casuum definitionem imbecillam esse, quae non spatiorum ratione innitatur, quippe quae fortasse ad huius alteriusve singularis usus explicationem apta tamen ad omnes comprehendendos non valet, nisi ad futilia quaedam adminicula, ellipsin, pleonasmum et similia confugere libet.

§. 3.

Omnibus contra numeris absoluta alia quaedam genitivi definitio mihi esse videtur, minus quidem philosophorum apta usui, attamen, quia naturae humanae orationisque legibus supra expositis consentanea est, re vera philosophica, eam dico definitionem, ex qua genitivus ad illud punctum significandum adhibeatur, unde quid quocunque modo exeat, neque mihi dubium est, nescio quem termini illius technici inventorem grammaticum non mediocrem habere. Madvigio quidem clarissimo viro illa non placet, qui append. ad gramm. p. 69 loco eius definitionis, ut nimis angustae aliam multo latius patentem se posuisse gloriatur. Exstat vero Madvigii definitio, quam illi nobis acceptae praeferendam esse profitetur, in gramm. eius p. 251: „Genitivus nominis significat, aliud quid conexu quodam ad hoc nomen ita esse referendum, ut hoc modo definiatur.“ Hanc igitur definitionem latius, quam ea, cui nos assensi sumus, patere concedimus, quod tamen ut auctori eius in laudem vertatur, vereor. Omnino enim, ut paucis absolvam, latius patet, quam debet. Nonne enim et aliis nominum formis proprium est significare aliquid ad illa pertinere? Exempli causa in utraque dictione: „Ἔμπειρος τοῦ πολέμου“ et „ἔμπειρος τὸν πόλεμον“ semper „ἔμπειρος aut ad „πολέμου“ aut ad „πόλεμον“ refertur eoque modo definitur. Quare non tam singulorum casuum vim in conexu rerum esse positam, sed quale sit genus illius conexus, hoc est dicendum.

§. 4.

Aliis genitivi definitionibus non minus falsis praetermissis ad nostram fulciendam quaedam e linguarum comparatione sum repetiturus, quae aeque in ceterorum casuum natura cognoscenda gravissimi sunt momenti. Triplicem omnino modum patere videmus ad vocabulorum varias rationes exprimendas. Ex his ille qui omnia tribuit flexioni maxime differt ab altero, qui exempli causa proprius est linguis Romanensibus, dico illum in

praepositionum varietate constantem, tertius vero medium obtinens genus est commixtum e praepositionibus et flexionibus. Iam quantum ad primum et tertium modum, eos in linguis antiquis valere scimus, dum tertius in recentioribus praeponderat. Placet igitur linguas Romanenses cum lingua Latina in comparationem vocare. In declinandi vero modo filiae linguae proprio eandem vim inesse atque in flexione linguae genitricis, quumque in illa totum sit positum in praepositionibus, in flexione quoque aliquam praepositionis vim latere, luce clarius est. Porro praepositionis vim non nisi localem esse, nemo est, qui neget. Assentiendum igitur Grimmio ita disputanti (Ursprung der Sprache p. 45): „Dum casum rectum pronomen notat, casibus obliquis ad significationes locales exprimendas particulis opus est, quae auxiliarium instar verbalium nomini accedentes sensim sensimque paene cum eo coalescunt variasque gignunt flexiones. — In linguis recentioribus flexiones aut omnes aut maxima ex parte evanuisse et in locum earum articulum et praepositiones successisse videmus nomini antecedentes, ex qua quidem re non temere quis coniiciat, flexiones ipsas antiquitus e similibus quibusdam esse exortas.“ Loco autem genitivi Latini in linguis Romanensibus particulam„ de vel „di“ cuius proprium est id ipsum significare, quod genitivo supra tribuimus, si quidem illa cum forma quadam constanti et non nisi numeri distinctionem admittente coniuncta invenitur. Quare quam nos amplexi sumus genitivi definitio non potest non esse vera. Ceterum non est mei consilii singulos genitivi usus omnes, quomodo illi congruant, demonstrare. Mihi id tantum est propositum, ut quae grammatici mihi minus recte explicasse videntur, afferam, quantum possum corrigam, nonnulla fortasse nova promam, quae ei quod maxime in grammatica desidero, legum scilicet simplicitati et concinnitati faveant.

§. 5.

Quum plurima genitivi genera bene definitioni praemissae se accommodent, nonnullas movet difficultates ille qui obiectivus

nominatus opponitur ei, cui est nomen genitivi subiectivi. Fundamentum enim huius disputationis iecimus, genitivi id esse significare, unde quid exeat, cui iam omnino oppugnare videtur, quod genitivus obiectivus, ut volunt grammatici, eius est naturae, ut aliquid in nomen huius casus transire exprimat. Sed ut hac de causa apud nos constet, tritissimum illud exemplum „amor patris“ accuratius consideremus, quod in patriam linguam versum, aut est „Liebe des Vaters“ (gen. subi.) aut „Liebe zum Vater“ (gen. obi.). Quantum vero ad prius illud „amor patris“ quaerenti, unde amor nascatur respondendum: ex ipso patre vel ex animo eius, sede et fonte omnium affectuum. Ex altero „amor patris“, sensus quidem evadit diversus passivus scilicet = pater amatur, genitivus ipse vero a natura sua non recessit. Vis enim amoris est ea, ut nemo ametur nisi qui illum accendit. Itaque vel hoc vel altero modo intelligas, semper nobis genitivum „patris“ ut fontem ex quo „amor“ emanet, constituere licet. Sed fortasse dixerit aliquis, certe „patris“ quatenus sit genitivus subiectivus, esse genitivum possessivum. Non repugno, sed hoc uno exemplo, quomodo sit ille interpretandus, demonstratum esse spero. Iam vero quin et alterum genitivi genus eidem ordini attribuamus, mea quidem sententia nihil impedimur. Quae explicatio quam bene et ceteris huiuscemodi exemplis conveniat, ex eo, quod sequitur, apparebit.

Vocem enim ipsam amoris si extra enuntiationem consideramus, in ea nihil nisi ideam et substantiam quae et verbo „amare“ propria sit, contineri concedemus. Eandem si in enuntiatione substantivum „patris“ regentem facimus, id significatur, hanc ideam amandi patri tribuendam esse ut aliquid proprium eius. Sed illa idea ipsa in se habet nihil aut activi aut passivi, et alterutrum sit intelligendum, nonnisi e totius sermonis elucet conexu. Non aliter et quaedam substantiva patriae linguae imprimis illa in „ung“ eandem admittunt ambiguitatem. In locutione „die Beleidigung dieses Mannes“ etc. illud „Beleidigung“ ita viro cuidam attribuitur, ut eum iniuriam aut accepisse aut alii intulisse intelligere possimus.

§. 6.

Quam multas subeat difficultates easque non nisi vi quadam linguae illata tollendas, qui non e genuina genitivi difinitione orditur, multis locis testis est Godofredus Hermannus. Sed unum tantum ex iis illustrasse satis habebo.

Hermannus igitur, quia genitivi definitionem suam non continuo genitivo, qui tritissimus est, comparationis explicando applicari posse vidit, reducere eum tentat ad genitivum partitivum. Nam suo iure ille app. ad Vig. p. 879: „quod partem alicuius rei constituit, aperte tamquam accidens eius commemoratur.“ Quod si probavit, genitivum comparativum ex genitivo partitivo quocunque modo ortum esse, hoc modo, ut ille definitioni suae non repugnaret, effecit. Hoc num ei cesserit, ex ipsius argumentatione videamus.

Placuit Graecis, inquit loc. cit, genitivum omnibus adiectivorum gradibus adiungere: ἔξοχος ἀνδρῶν, ἐξοχώτερος ἀνδρῶν, ἐξοχώτατος ἀνδρῶν, ratione valde plana, ut quae notet virorum eum qui excellens, excellentior, excellentissimus est. *Quare forma loquendi, quum usu facta esset tritissima, adiici coeptus est omnino in comparatione genitivus, etiam ubi non intelligeretur pars rei*, ut κρείσσων ἄλλου.“ Contra hanc argumentationem imprimis id mihi dicendum videtur, quod mens hominis ita est constituta, ut non nisi a *duabus* rebus comparationem ordiatur, in unius vero rei cum compluribus comparatione illam cum unaquaque reliquarum comparet; quibus singulis comparationibus factis, tum demum, quae inter eas ratio intercedat, iudicari potest. Quare temere mihi factum videtur, quod Hermannus ad genitivi comparativi *num. sing.* explicationem adhibet genitivum *num. plur.* Sin via historica demonstrari possit, antiquis temporibus illos genitivos comparativos non nisi in num. plur. inveniri, tum aliquid momenti illi argumentationi ex analogia ductae tribuerim.

Refutandam igitur hanc explicationem esse vidimus, ex qua una causa tota definitio genitivi corruit. Imparem enim se praebuit usitatissimo genitivi generi sibi subiiciendo, quippe quum unica, quae ad illud ducere posset via, fefellerit.

§. 7.

Genitivus in comparatione usurpatus triplex explicandi genus admittere posse mihi videtur ex quibus illud, quod affert Wüllnerus in libro de casibus et modis p. 45 fortasse maxime approbatione dignum: „Bei dem Comparativ sowohl als bei dem Superlativ muss der Punkt oder Gegenstand angegeben werden, von dem betrachtet der höhere oder höchste Grad Statt findet. Bei dem Superlativ, wenn er in seiner wahren Bedeutung stehen soll, muss derselbe immer eine Gesammtheit oder Allheit sein. Dieser Gegenstand nun wird im Griechischen bei dem Comparative oft durch den Genitiv bezeichnei z. B.: οὐδὲν ὀργῆς ἀδικώτερον d. h. von dem Zorne aus ist nichts ungerechter. Σωκράτης σοφώτερός ἐστιν Ἀλκιβιάδου“ etc. Itaque hic sit genitivus, ut ita dicam, definitivus nominandus, cui quodam modo similis est illa, qua nos in comparatione utimur, constructio particulae, „als,“ cuius vices, si nomini adiungitur, sine dubio non aliae sunt, quam significare, illud quod de alio nomine pronuntiatur, certo quodam sensu intelligendum esse, exempli causa: „Als Feldherr ist Hannibal eine der grössten Persönlichkeiten der Weltgeschichte“ id est, si ad virtutes imperatorias spectamus. Idem est usus temporalis: „Als Hannibal über die Alpen gegangen war, gerieth Italien in grosse Bewegung“ in qua enuntiatione definitur: Italien gerieht etc.“ per: Als Hannibal etc.“ In comparatione igitur: „Sokrates ist weiser als Alcibiades“ particula „als“ maiorem quendam sapientiae gradum Socrati tributum ad Alcibiadem referendum esse monemur.

Duae aliae genitivi comparativi explicationes, ut natura rei fert, illi primo loco positae magis minusve cognatae sunt. Si enim tenemus, illius casus usum tum esse, quum qualitatis cuiuscunque duabus rebus in comparationem vocandis communis maior gradus alteri vindicatur, sequitur maiorem gradum ei non tribui, nisi propter alterius rei eiusdem qualitatis gradum minorem, hanc igitur causam esse, ex qua, quid de priori dicatur, fluat.

Tertia denique hac nititur consideratione, quod, quum fit duarum rerum eiusmodi comparatio, ut qualitatis altior gradus alteri tribuatur, eo modo distinctionem fieri apparet, quatenus altera ab altera differat. Talem vero distinctionem optime genitivo exprimi posse, in aperto est. Qualis igitur hac electa explicatione inter linguam Graecam et linguam Latinam intersit differentia quantum ad constructionem in comparatione adhibitam, non difficile est dictu. Haec enim dum in comparatione dativum — ablativum num. plur. adhibet, cui proprium est, respondere quaerenti „ubi“? hoc modo ipsum actum comparationis in conspectu ponit, quippe quae non aliter fit (quod ipsa vox comparationis docet) nisi duabus rebus ita altera cum altera compositis, ut quae ratio inter eas intersit, perspici possit, dum illa non tam actum comparationis, quam id, quod ex ea sequitur, respicit. Quamcunque vero ex his tribus praeferimus explicationem, ex unaquaque tales quoque nonnulli loci severis grammaticae legibus accommodari possunt, in quibus superlativus pro comparativo adhibitus videtur. Exempli causa in interpretando initio historiae Thucydidis: ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων (καὶ νῦν τυχεῖν με τῶν πρὶν εἰσόδων μακρῷ ἄριστα δοῖεν Aesch. Eumen. 30) non opus est fingere, auctori obversata esse bella ante gesta, hoc, de quo agitur, incluso, sed licet superlativum sic quoque intelligere, ut in eo sensum „praeter solitum memorabile, perquam magni momenti“ inesse statuamus et proinde ita latine vertere: „bellum quod maxima sua claritate e bellis ante gestis eminet etc. Sed hoc in medio relinquo. Operae pretium autem mihi esse videtur de nonnullis, quae in enuntiationibus comparativis occurrunt ab usu aliquam partem abhorrentia disputare, si antea pauca de quibusdam particulis comparationis praemisero.

§. 8.

Quantum ad Graecam particulam ἤ, non dubium esse potest, quin particula disiunctionis optime ad comparationem, in qua id quaeritur de duabus partibus, alterutra ad certam aliquam rationem superior sit, quadret. De Romanensium „di“ „de“, de particula linguae recentioris Graecae ἀπό, quae proxime ad usum genitivi accedunt, supervacaneum est, longius dicere. Naturae

omnino diversae est ea, quae nonnunquam in lingua Latina adhibetur particula „atque“, (Ruddimann. 2. p. 101) cuius vis est indicare „alteram rem simul cum altera positam esse vel existere“ (Hand. I p. 461). Sed iam supra commemoravimus apud Latinos certe in num. plur. comparandi rationem ferre, ut duae res comparandae altera ad alteram positae cogitentur, ex quo patet, illius particulae usum ab ingenio linguae non alienum esse.

De nostro „als“ iam est dictum. Locum habet et in gradu positivo et in gradu comparativo: „Dieser Thurm ist so hoch als jener — ist höher als jener“. Nihil enim aliud vult, quam duas res pro certa aliqua ratione alteram ad alteram referendas esse.

Obsolevit iam fere in comparatione apud nos particula „denn“; nec enim ea utuntur nisi sermonis quandam vetustatem aut affectantes aut imitantes. Respondet fortasse non tam, ut vult Graffius, (Sprachschatz sub. voce „danne“) Gothicae: „than“, quam „thande“ (thandei), n et d in „nn“ sese assimilantibus, et litera e (ei), signo particulae relativae, in literam „a“ antecedentem influente ita, ut existat „denne“. Est vero sine dubio particula causalis et profecto, prima comparationis pars cum sequente causalitatis nexu coniuncta est. Sed haec hactenus.

§. 9.

Matthiaeus grammaticae p. 846 interdum infinitivo, enuntiationem cum adiectivo comparativi gradus sequenti, particulam ἤ deesse contendit, imo quamquam perraro, in antecedente parte pronomen demonstrativum „τούτου“ omitti. Exempla: „Τί γὰρ γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον δρακεῖν, ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ, πύλας ἀνοῖξαι. Aesch. Ag. 613 pro: τούτου, ἤ πύλας etc. vel τούτου, τοῦ etc. Καίτοι τούτου τοῦ λόγου τί ἂν ἀλογώτερον εἴη πρᾶγμα, ἀνθρώπους ἀγαθοὺς ἀδικεῖν; Plat. Gorg. 519 pro τούτου τοῦ λόγου ἢ etc. vel τοῦ ἀνθρ. ἀδ.

Τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον, ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου“ Eurip. Alc. 896.“ Deesse quidem his locis ἤ vel τούτου ἤ quisque videt; sed omnino hic nihil desiderari, imo deficientibus iis particulis singularem vim orationi dari iisdem additis omnino languescenti, Matthiaeus non vidisse videtur. Secunda enim pars sine ullo conexu grammaticali interrogationibus illis rhetoricis, in forma absoluta infinitivi adiungitur alteramque efficit exclamationem. Quare ita et distinguendum et interpungendum est in exemplo ultimo loco citato: Τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον — ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου! Nec igitur hic cum Hermanno construendum est μεῖζον cum genitivo, ut sensus sit: „quid enim tristius est ad amittendum, quam fida uxor“, nec approbandus Matthiaeus, qui loco citato: „Doch ist die Auslassung des vorbereitenden Pronomens, ohne welches der Satz undeutlicher wird, sehr hart und desshalb ist es vielleicht richtiger anzunehmen, dass blos nach nach dem Sinne construirt sei. Der Fragesatz ist nämlieh einem verneinenden gleichbedeutend οὐδὲν ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον . . . . . . und dies ist wieder einerlei mit μέγιστον κακὸν ἀνδρί etc. . . . .

Quibus omnibus ambagibus evitatis rectissime ego verto in linguam patriam: Welch grösseres Unglück für dén Mann! — die treue Gattin zu verlieren!

Welch süsseres Licht vermag dem Weibe zu erscheinen! die Thür dem Mann zu öffnen! etc. . . . . .

§. 10.

Ellipsin particulae ἤ nullam esse (neque enim quodcunque breve et concisum genus dicendi ellipsis est declarandum) iam comprobasse mihi videor. Hoc iam aggredior, ut eiusdem particulae pleonasmum non minus false a nonnullis constitutum refutem. Ellipses enim et pleonasmos multi grammatici odorant, ubicunque aliquid inusitatius iis occurrit. Hoc vero omnium maxime stolide mihi agere videntur, quod, exempli causa, pleonasmi evitandi causa ad ellipsin confugiunt, quasi iam sermonem macula liberarint. In hunc errorem incurrit vir doctus, qui in Vigeri libro de praecipuis Graecae dictionis idiotismis. Pag. 409 annot. 5: „Sunt, inquit, qui putent particulam ἤ interdum post comparativum abundare. Sed falluntur. In loco enim Thucyd. VII, 77 ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν genitivus τοιῶνδε non pendet a praecedente comparativo, sed a praepositione ἐκ . . . . . Atque in locis Xenophont. Histor. Graec. II, 1, 6 μακρότερον ἢ χειρός, III, 2, 14 πλέον ἢ σταδίου et IV, 6, 5 πλέον ἢ δώδεκα σταδίων, genitivus pendet ab intellecto nomine χρῆμα seu μῆκος

seu διάστημα. In loco Plat. de Legg. X. pag. 81 edit. Bip., quem imprimis urget Abresch. Diluc. Thuc. Auctar. pag. 414 οὔσης ψυχῆς πρεσβυτέρας ἢ σώματος genitivus σώματος regitur a praec. structura genitivorum absolutorum etc. . . . .“

Haec omnia mira falsi et veri farrago est. Loci enim Thucydidis et Platonis recte explicati sunt, quorum structuram, qui intellexit, non tam laude dignus, quam is, qui non intellexit, summopere vituperandus est. Hermannum vero non quidem a parte eius stare videmus qui pleonasmi loco ellipsin inculcat, pleonasmum tamen eum admittere apparet ex annotatione ad locum supra citatum: „At certis inquit exemplis firmatur hic usus“ et inter alios huius sententiae auctores affert. Koen. ad Gregor. Cor. Gregor. igitur pag. 89 de dialectis: „Τό ἤ, inquit, παρέλκει πολλάκις παρὰ 'Αττικοῖς.“ — — — — et quae Koenius aliique adiiciunt exempla fere eadem sunt ac illa iam e Vigero cognita, nisi quod Koenius adducit: „Nec solorum Atticorum id fuit. Theocrit. XX. vs. 27: Ἔῤῥεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μελικήρω, ad quem locum Valckenarius: „. . . . . mihi servandum videtur ἢ μελικήρω. Post comparativum „ἢ“ πλεονάζειν Stephanus iam observavit . . . . . atque ita Theocritus scripsit XV—37 πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν ἢ δύο.

Sed priusquam quid de hoc pleonasmo, ut volunt, tenendum sit, dicam, antea audiamus Matthiaeum gramm. 848. ann. 2, qui quidem plurima exempla ab illis pleonasmi defensoribus citata non quadrare intellexit, in aliis vero (quae tamen, si accuratius animum advertisset, non multum aliena esse ab iis, quae omnino nihil habent abnorme, vidisset) in aliis igitur se haerere ostendit, quae imprimis sunt duo. Alterum est illud quod apud Xenophontem legitur Hell. 2, 1, 8 „Ἡ δὲ κόρη ἐστὶ μακρότερον ἢ χειρός,“ alterum illud Theocriti Ἔῤῥεέ μοι etc. At mirum, quam sibi inconstans fuerit vir clarissimus. Recte enim Matthiaeus de loco Plat. Legg. 6. p. 756 A. μὴ ἔλαττον ἢ τριάκοντα γεγονὼς ἐτῶν, in locutione γίγνεσθαι ἔλαττον ἢ ἐτῶν τριάκοντα genitivum non pendere dicit a comparativo, quamquam non minus recte τριάκοντα ἐτῶν sine particula ἢ ponatur; est enim ille genitivus, qui dicitur qualitatis, nec minus quantum ad locum Theocriti πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν ἢ δύο hunc genitivum esse genitivum pretii

intellexit. Eo magis est admirandum, quomodo eum offendere potuerit illud μακρότερον ἢ χειρός, quippe qui genitivus est mensurae, fortasse eo tantum inusitatior, quod substantivum χειρός eget appositione numerali. Etiam minus Matthiaao condonandum, quod haeserit in hoc loco: Ἔρρεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μελικήρω, ubi idem nobis occurrit genitivus qualitatis, qui quidem saepissime usurpatur imprimis a poetis, loco adiectivi. Exempla ipse affatim affert Matthiaeus gramm. 623 f. στολὶς τρυφᾶς = στ. τρυφερά Eur. Phoen. 1529, μαστοὶ γάλακτος 1567 ibid. = μ. γαλακτοῦχοι, τραύματα αἵματος = τρ. αἱματόεντα Bacch. 388.

Restat igitur genitivus qualitatis in comparatione, qui quum idem sit quantum ad formam ac genitivus comparativus, grammaticalem illam de pleonasmo superstitionem movit. Nostram vero interpretationem ab omni parte esse veram, Latinae cuiusdam constructionis comparatio evincet. Minus vero hic dubio locus est, quia Graecorum quidem genitivo qualitatis respondet idem casus Latinus, eorundem vero genitivus comparativus respondet ablativo Latino. Ceterum illius comparationis materiam fere debeo sagacissimo Madvigio (App. ad. gramm. p. 81—86).

§. 11.

Pro accusativo, qui adiungitur adiectivis „longus,“ „altus,“ „natus“ exempli causa „fossa tres pedes alta,“ alia quoque constructio adhiberi potest. Nam ut recte locutio stat: „fossa trium pedum,“ sic apud scriptores nonnullos recentiores quidem, Plinium scilicet maiorem, Columellam, Vitruvium, occurrit haec dictionis forma: „fossa pedum quinquaginta lata, genus sermonis commixtum ex duabus constructionibus ante commemoratis, cui comparari potest, ut mihi videtur, aptissime Gallicum: un fossé long de cinquante pieds, un homme âgé de quarante ans et ex lingua patria medii aevi: daz diu naht drîer iâre wäre lang, Rud. I^b, 13, drîer tageweiden lang, En. 919, vingers breit, Tit. 140, 3, der jâre unmazen alt, Troi. 12, 245 etc.

Sin illis adiectivis vis comparativa additur, ut, quid supra aut infra certam aliquam mensuram sit, dicatur, variae construc-

tiones patent pro ut aut solius, quae in adiectivis inest, significationis mensurae, aut solius comparationis aut utriusque ratio habetur. Quamquam vero hic non omnia exemplis sunt illustranda, tamen ex iis, quae exstant, quid linguae ingenio conveniat, quid non, facile est ad videndum. Auctis igitur adiectivis „longus“ „altus“ „natus“ adverbiis „amplius“ „plus“ etc. aut dicere licet: umbra non amplius quattuor pedes longa Plin. hist. nat. VI, 34, natus plus novem annos, Corn. Nep. Hann. 2. Nix minus quattuor pedes alta iacuit. Liv. XXI, 61 in quibus locutionibus tota phrasis minus quattuor pedes etc. quasi unius accusativi instar adiectivis adiungitur, aut: fossa non amplius quattuor pedibus longa (quod etsi non invenitur, tamen pro lege linguae recte dictum esse, probatur sequentibus exemplis) Plus triginta natus annis sum, Plaut. Menaechm. III, 1, 1; Minus quinque et viginti milibus longe ab Utica eius copias abesse Caes. Bell. Civ. II, 37, ubi sola respicitur vis comparationis, aut denique nihil obstat, quin „fossa non amplius quam quattuor pedes longa,“ „homo plus quam triginta annos natus“ pro natura linguae Latinae recte dici posse putemus, quamquam exempla hoc temporis momento mihi non sunt in promptu. Occurrit vero: Maior quam triginta annos natus, Liv. XLV, 32 Gell. 1, 12.

Iam in alterum constructionis genus si vis comparativa infertur, scilicet in enuntiationem: fossa longa trium pedum, quomodo lingua egerit, consideremus. Quemadmodum vero antea tres, sic hic duae ad ingrediendum patent viae. Nam aut solus genitivus qualitatis vim habet aat una comparatio spectatur.

„Fossa latior pedum quinquaginta“ non exstat. Cognatum vero est genus dicendi, quod legitur apud Lentulum in Ciceronis epistolis ad fam. XII, 15, 2: „quorum nulla erat minor duum milium amphorum“ et apud Vitruvium: „Turris ne minus alta cubitorum sexaginta, X, 19. Locutioni vir viginti annorum respondet in constructione comparativa: Minores octonum denum annorum, maiores quinum quadragenum (Liv. XXXVIII, 38, Varr. R. R. II, 7, 1.)

Minus vero abnormes sunt illi loci, ubi, adiecto „natu“ genitivo qualitatis antecedit particula comparativa „quam“ apud Ulpianum et Iulianum. Quare phrasin ferreae latinitatis „minor quam viginti quinque annorum“ proxime appropinquare videmus illi Graecae: γεγονὼς πλέον ἢ εἴκοσιν ἐτῶν, dum „maior viginti annos natus“ respondet: γεγονὼς πλέον εἴκοσιν ἔτη et „maior viginti annis natus“: „γεγονὼς πλέον εἴκοσιν ἐτῶν“, quae eadem forma etiam respondere potest, (quamquam id demonstrari non potest), formae Latinae: „maior quinquaginta annorum natus.“

Constat igitur in lingua Graeca genitivum qualitatis non tolli in comparatione. Differentiam vero, quae sit exempli causa inter illud Homeri:

„Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή et illud Theocriti:

„Ἐκ στομάτων δὲ ἔῤῥεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μελικήρω“ si quaerimus in priore, orationis dulcedo continuo cum mellis dulcedine comparatur, in altero vero cum orationis quasi e melle factae dulcedine.

§. 12.

Hac occasione data de vero linguarum Romanensium pleonasmo, scilicet particulae „de“ in infinitivo frequentissimo, quaedam promere liceat.

In infinitivo Romanensi vis inest proxima substantivo, quare et nonnunquam articulus, saepissime vero praepositiones ei antecedunt. Subiecti vero vicibus si fungitur, severa lege grammaticae eum omnino praepositione carere debere, quisque videt veluti in: „Vivre avec économie est très-utile“. Potest tamen ea sententia sic in aliam formam inverti: „Il est très-utile de vivre avec économie.“ Tum vero quantum ad illud „de vivre“ etc. non, ut ait Diezius gramm. 3 p. 201, infinitivum, ut praedicatum, partem magis dependentem intelligere debemus, nec infinitivus, quae est quidem opinio latissime patens, subiectum efficit, sed, ni fallor, illud „utile“ vim habet substantivi, quod addito „de vivre“ ita definitur, ut, unde illa utilitas effluat, dicatur. Dum igitur alterum respondet locutioni Latinae: „Parce

vivere utilissimum est," alterum propius accedit ad: „Magna utilitas est parce vivendi." Ceterum multae aliae constructiones huic similes ex una illa diiudicandae sunt.

Transeo iam ad infinitivos verba sequentes, de qua re Diezius gram. 3 p. 232: „Selbst wenn der Infinitiv die Bedeutung des Nominativ oder Accusativ hat, kann ihm, wie wir besonders im Französischen bemerkt haben, diese Partikel vorantreten und zwar ohne irgend einen Sinn auszudrücken; daher sie in derselben oder in anderen Mundarten oft ebensowohl wegbleiben kann." — — — — Exempla sunt: mi piace di racontarvi una cosa, ti permetto di leggere. Hoc constructionis genus in comparationem cum lingua Latina vocare placet. Latine ergo sine ulla sensus differentia dixerim: Pudet me ignominiose vivere et: pudet me ignominiosae vitae. In priore igitur mea sententia: „ignominiose vivere" subiectum est: Schändliches Leben setzt mich in Scham (Non te haec pudent, Ter. Ad IV, 5, 36) in altero vero „ignominiosae vitae" est genitivus causalis respondetque Gallicae dictioni: Il me fait honte de vivre ignominieusement. Iam, spero, unde origo talium infinitivorum ducenda sit, liquet.

Tum quoque, ubi, exempla causa, in huiuscemodi enuntiatione: „Ti permetto di leggere questo libro," infinitivus accusativi loco positus esse ideoque omnino particulam „di" respuere videtur, Latini sermonis comparatio aliquid auxilii mihi ferre videtur. Est enim particulae de, di post talia verba usus idem atque in lingua Latina coniunctionis „ut", quippe quae id, ad quod pertinent, terminant. Itaque verba perficio, consequor, adipiscor, impetro, evinco, suadeo, commoveo etc. et quae iis in linguis Romanensibus respondent, illa coniunctionem „ut", haec particulam „de" exigunt. Alia contra verba, et in his „permitto" etiam infinitivus, qui tum pro obiecto est, sequitur. Quare illud „ti permetto leggere" etc. Latine dictum est: permitto tibi legere, alteri vero: permetto di leggere" respondet permitto tibi ut legas. Omnia singula illustrare longius fuerit. Latissime vero et, ut antea vidimus, non illigitime illius particulae usu patente, tandem factum esse puto, ut „di", „de" re vera pleonastice adiicerentur, quod idem in nostro „zu" evenit.

§. 13.

Satis jam aberravi a consilio meo disputandi de quibusdam constructionibus comparativis, in quam disputationem me induxit usus genitivi comparativi apud Graecos. Ad propositum mihi revertenti primo loco dicendum est de constructione βούλομαι ἤ, quae occurrit exempli causa in versu: βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἤ ἀπολέσθαι, de quo Hermannus App. ad Vig. p. 884:

„Speciosissima, quamquam ipsa quoque falsa ellipsis est adverbii μᾶλλον ut: βούλομ' ἐγώ etc. Nam addito μᾶλλον manet difficultas ut quae non in omissione huius adverbii sed in significatu particulae ἤ sit. Haec quum natura sua nihil nisi „an forte" significaret, proprie talia sic intelligebantur: volo populum saluum esse: an perire volo?" Hoc igitur mihi argutius explicatum videtur, quum potius in ipso vocabulo „βούλομαι" vis comparativa mea sententia ponenda sit. Voluntas enim versatur in eligendi focultate, quae non nisi eo inclinat, quo melius aliquid eam permovet. Adiuvat hanc explicationem etymologia; βούλεσθαι enim est Latinum velle, Germanicum wollen, wählen id est: lieber haben Cognatum est quoddam Latinum genus dicendi certa verba „velle" „cupere" „studere" circumplectens. Exempli causa Terentii illud: Si quisquam est, qui se placere studeat bonis, quam plurimis. Sed non solum, si quid volo, cupio, si studeo, ut aliquid assequar etc., haec res non fieri potest, quin alia ut minus bona minusque mihi apta reiiciam, sed etiam quodcunque de re facio iudicium positum est in distinguendi ideoque praeferendi facultate. Quare si de duabus agitur qualitatibus, utra rei cuidam sit attribuenda, praecedat necesse est comparatio. Qua facta si alteram de ea re pronuntio, me in comparando hanc ut magis ei convenientem invenisse eo in conspectu ponitur, quod altera minus ei propriam sequitur interposita particula „quam" Huc pertinet locus Taciti ann. 4—61: „Fine anni excessere insignes viri: Asinius Agrippa claris maioribus, quam vetustis —"etc. Sensus vero huius loci reddi quoque potest in hac forma a Taciti usu non aliena:

3

„Non vetustis quam claris maioribus“ et in talibus locutionibus sine dubio comparationem inesse docebit versio Gallica: „Descendu d'aieux pas anciens, mais célèbres.“ Vox „mais“ enim respondens Latinae „sed“ exorta est e „magis“.

§. 14.

Viam iam munivimus ad intelligendam constructionem, in qua gradum positivum adiectivi pro comparativo adhibitum invenimus ut apud Pseudo-Phocylidem Bergk p. 365, 81—82:

Καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις
Ἢ πλείσταις θαλίαισι βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.

apud Thucydiden 6, 21: Αἰσχρὸν δὲ βιασθέντας ἀπελθεῖν ἢ ὕστερον ἐπιμεταπέμπεσθαι τὸ πρῶτον ἀσκέπτως βουλευσαμένους et apud St. Marcum 9, 45: Καλόν ἐστί σοι εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλὸν, ἢ δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, in cuius loci versione Gothica positivus retentus est: got' t'us ist galeit'an in libain haltamma, t'au tvans fotuns habandin gavairpan in gaiainnan. In locutione igitur καλόν ἐστι ... ἢ ... particula ἢ significatur inter duas res distinctionem fieri, utramque quidem non optimam vel pulcherrimam, quarum altera tamen, si ad alterius conditionem spectas, ex hac comparatinne tibi bona vel pulchra videbitur esse.

§. 15.

Comparativus pro positivo (id est ex nostrae linguae ingenio) ponitur in linguis Graeca et Latina secundum hanc legem grammaticae: „Si duo adiectiva eo modo comparantur, ut, utrius qualitatis altior gradus rei cuidam insit, dicatur, utrumque adiectivum vi comparativa augetur.“ Exempla Matthiaeus affert §. 456. p. 1020. ed. 3: Πάντες κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι, ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖο τ' ἐσθῆτός τε Od. α 164: Ἐποίησα ταχύτερα ἢ σοφώτερα. Herod. 3, 65: Ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγέτερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον Thuc. 1—21. Non timeo, ne libentius haec in illum evomere videar quam verius. Cic. Mil. 29. Romani bella fortius semper, quam felicius gesserunt. Liv. 5—43. Hunc comparativi usum Hermannus apud Graecos genuinum esse contendit, apud Latinos vero e Graecorum imitatione natum. Ad explicationem enim versus βούλομ' ἐγὼ λαόν etc. de qua supro dictum, haec adiungit: „Hinc factum, ut Graeci recte dicant: πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφώτερος i. e. studiosior an sapientior? Quod imitati sunt Latini, studiosior, quam sapientior dicentes, quod illi, si recte loqui vellent, quoniam particula utuntur comparandi vim habente, dicere deberent, studiosior quam sapiens.“ In explicatione usus Graecae linguae proprii aliquid esse veri, concedo; sin rem omnino perceptam habere et ad fontem illius dictionis penetrare simulque linguam Latinam a Gracorum immitatione vindicare volumus (de imitationibus enim non satis caute agendum), non tam in particula ἢ, quam in ipsa comparationis natura, origo quaerenda est.

Comparatio enim reciproca est. Nam si exempli causa quaeritur, utrum in homine quodam ingenium an diligentia praeponderet, haec quaestio duas involvit, alteram: Estne ille homo diligentior quam ingesiosus? alteram: Estne ille homo ingeniosor quam diligens? Iam si alterum pronuntiatur, tamen duplicis illius quaestionis signum remanet.

Hoc igitur explicandi genus et ad linguam Graecam et ad linguam Latinam aeque valet.

§. 16.

Nonnumquam gradum comparativum adiectivi scriptores Graeci usurpant, ubi, quum comparatio inter complures partes versetur, severa lex grammaticae superlativum exigere videtur. Ἐχένηος δς δὴ Φαιήκων ἀνδρῶν προγενέστερος ἦεν Od. η 156. Οὗτός ἐστιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. St. Matthaeus, cap. XVIII—5. Nec aliter Marcus 4—31 sinapin inter omnes plantas μικροτέρα nominat (ubi tamen Ulfilae versio: „minnist allaize fraive“ — —) Sed hoc ita consideres, ut in complurium rerum comparatione, unam ex iis ceteris ut unum corpus efficientibus opponi cogites. Et profecto facile quaecunque lin-

gua superlativi forma supersedere potuerit, ad quam sententiam firmandam imprimis nostri temporis lingua Graeca nec non linguae Romanenses usui sunt. In illa quidem eadem ac in antiqua lingua valet adiectivorum gradatio, attamen comparativi forma praeposito articulo superlativi quoque muneribus fungi potest. In linguis Romanensibus vero pleraeque gradationis formae in ipsis adiectivis excusae perierunt et comparativus quidem adiectivo cum praecedente adverbio „plus" „piu" suppletur nec a forma superlativi, nisi articulo le etc. distinguitur. Quum vero unum illud distinctionis signum formae quoque comparativae saepe adiiciatur, quamquam comparatio non nisi inter duas partes versatur, saepe vero abiiciatur necesse sit in complurium comparatione, multis locis nullam distinctionem esse apparet. Porro, quum in omni forma superlativi comparativus lateat, nihil obstat, quin illam particula „que", alias quidem comparativo propria sequatur. Exempli causa, in Montaignio mihi occurrit II—86: A l'adventure, eust on faict iniustice de me deplacer de mon reng, pour avoir esté le plus lourd et plombé, le plus long et desgousté en ma leçon, non seulement que touts mes frères etc.

§. 17.

Restat, ut nonnulla dicamus de genitivo nomini suo anteposito aut postposito.

In enuntatione: „Hannibal Hamilicaris filius fuit," cur genitivo locus sit, disputare non est opus, quum ille „unde" Hannibal filius sit contineat nec non in altera enuntiatione: „Hamilicar Hannibalis pater fuit," in genitivo „Hannibalis" causa inest cur Hamilcar „pater" nominetur. Hamilcar igitur Hannibalem filium, Hanibal Hamilcarem patrem fecit. Iam ad structuram grammaticalem spectantes genitivum „Hamilicaris" ab adiecto nomine „filius" pendere dicimus, sin conexus logici rationem habemus, potius quae idea Hannibali attribuitur scilicet, „filii" ex genitivo „Hamilcaris" pendere concedendum est et simili modo etiam in altera enuntiatione res se habet.

His exemplis illustratis de loco genitivi sine multo labore iudicari potest. Nam quum genitivus nomenque eius, causalitatis nexu inter se cohaereant, causa vero effectu prior sit, iure genitivum ante nomen suum locum occupare videmus id quod facillime intelligi potest in genitivis partitivis et genitivis materiae. Haec positio in patria lingua linguisque Romanensibus nonnisi in stilo poetico usurpatur, dum in linguis Graeca et Latina est usitatissima.

At quod pro causalitatis conexu est prius habendum, non ea de causa et prius in cogitationem nostram cadit. Quod contra si res quaecunque animo nostro se proponit, tum quaeritur, unde sit exorta qualisque eius sit cum aliis rebus cohaerentia. Quare alteri quoque positioni suum ius esse elucet.

§. 18.

Dativi usus in universum est ad significandum punctum ubi quid est vel agitur, ad quam definitionem multi singulares usus facillime possunt referri. In hac vero de dativo disputatione imprimis de affinitate syntactica, quae inter hunc aliosque casus intersit, erit dicendum. Erant vero et in his Wüllnerus, qui quum dativum et ablativum multis locis confines esse viderent, ne formas quidem horum casuum nomine omnino diversa significantium in num. sing. differre contenderent. Sed litera „d" falso nominatum paragogicum, quod et in lingua Sanscrita et in antiquissimis linguae Latinae monumentis occurrit, convincit, ut vel in secundae dectinationis num. sing. illud „o" dativi alio modo ac illud „o" ablativi exortum cogitemus. Quamquam si dicit Boppius gram. comp. vol. I, p. 350, in lingua Sanscrit. ablativi munus genuinum versari in exprimenda ratione locali „unde", in formis huiuscemodi latinis „in altod marid" iam illius significatus intellectum evanuisse apparet. Sed adhuc linguae Sanscritae scientia destitutus, qua deficiente non satis quisquam ab erroribus caverit, ab hac parte recedo.

§. 19.

Verto me iam ad difficultatem quandam in eo, ut videtur, positam, quod in nominibus num. plur. ablativi propriam formam non excusam scimus, illam vero formam dativo et ablativo communem et iis, ubi quid est, et iis, unde quid exit, locis significandis adhibitam videmus. Quare qui contendunt, unam quandam vim principalem unicuique casui inesse, periculum est, ne rediculi evadant, si exempli causa in enuntatione: „Miltiades Athenis natus est" „Athenis" respondet quaerenti „ubi", in altera vero: „Miltiades Athenis Chersonesum profectus est" quaerenti „unde".

Ad hanc difficultatem tollendam iam multa sagaciter contulit Wüllnerus pag. 74. (Casus und Modi) „Im Lateinischen, inquit, und im Deutschen wurde gerade während der Angabe des Punktes, wovon die Bewegung beginnt, auf die Bewegung selbst keine Rücksicht genommen und daher der Dativ (Ablativ) gesetzt. — Der Punkt wird blos für sich genannt, als wobei die Bewegung beginnt, dann erst die Bewegung angeschaut. Exempla afferte vernacula: „da wegeilen, hier fortreisen etc." Redit ad eandem causam p. 96 ubi de praepositionibus ab, de, ex, Latinis et illis aus, von Germanicis cum dativo et ablativo constructis agit, neque tamen nova affert, nisi etymologiam particulae „fona" quippe, quam Grimmius ex „af" et „ana" compositam docet. Nec non Grimmius gramm. 4 782 illud fona in comparationem vocat cum Italico „da" exorto ex „de" et „ad". Non possum vero, quin annotationem quandam, quam Grimmius ad locum illum adiunxit, ipsius verbis referam, quum mihi optime in rem nostram quadrare videatur. Pag. 782 infra — „oder will man da aus de und a (= ab) ableiten? Dagegen streitet, einmal, dass das Dative a offenbar aus ad entspringt, dann dass l a t e i n i s c h e, in I t a l i e n g e s c h r i e b e n e U r k u n d e n s o g a r b l o s s e s ad o h n e de f ü r den A b l a t i v v e r w e n d e n z. B. Fumagalli n° 1 (a 721) petitus ad Astrada, accepi ad Sigirad. und oft. Wie in der alten Flexion

Dative und Ablative meist zusammenfallen, lag es nahe, auch für die Umschreibung beider dieselben Präpositionen zu gebrauchen." Sed quum tota illa Wüllneri explicatio eo redeat, ut exempli causa in „Miltiades Athenis Chersonesum profectus est" duo ut coniuncta cogitentur, quorum altero „Athenis" Miltiadem in urbe Athenarum fuisse significatur, altero vero „profectus", eum urbem reliquisse, uberiora et argumenta et exempla vellem attulisset, ex quibus illarum constructionum vis in conspectu ponatur. Sin primum logicae rationem habemus, facile „n u l l a m r e m e x a l i a p r o c e d e r e p o s s e, u b i a n t e a n o n f u i t" intelligimus. Ex hac causa apparet rationem localem „ubi" omnium esse latissime patentem ideoque ceteris supplendis maxime idoneam. Iam in locis supra ex Grimmio allatis sola ratio „ubi", in enuntiatione „j'ai reçu de mon père — — —" sola ratio „unde" respicitur. Utrumque vero et „ubi" et „unde" una exprimitur in locutionibus huiuscemodi: Ho recevuto d a l l o padre. — Pour un fort legier proufit nous arrachons touts les jours leur propres enfants d'e n t r e les bras etc. Montaigne II—88. Ils ont une tierce desfaicte pour nous chasser d'a u p r è s d'e u l x. Mont III—233. Il est bien vraysemblable, que cet extrême ravage d'eau ayt faict des changements estrangers aux habitations de la terre, comme on tient, que la mer a retranché la Sicile d'a v e c q u e s l'Italie Chypre d'avecques la Surie. Ex hoc exemplo ultimo loco posito elucet, primum quidem Siciliam et Italiam, Syriam et Cyprum ut coniunctas cogitari, particula „de" vero disiunctionem factam indicari.

§. 20.

Non iniuria Madvigius app. ad. gramm. p. 69 ad comprobandam suam sententiam, Latinos ipsos sibi conscios fuisse, ablativum suum in dativo Graeco contineri phrasin adhibet commixtam ex ablativo Latino et dativo Graeco exempli causa „nullo nostro εὐημερήματι." Nostrum erit hoc loco leviter perstringere, ubi Romanorum ablativus sine praepositione adhibitus aliarum linguarum aut nudo dativo aut nudo genitivo

respondeat nec praetermittimus hoc loco in memoriam revocare, quod iam Priscianus animadvertit: „Sciendum tamen, inquit, quod hic casus (ablativus) est, quando pro genitivo, est quando pro dativo accipitur Graeco“ V—80.

Apud Graecos quidem in quaestione „ubi“ plerumque usurpatur dativus cum praepositione coniunctus; sed nudi quoque dativi apud Homerum exstant frequentissimi eiusque vestigia restiterunt in nominibus tribuum Atticarum: Μαραθῶνι, Μελίτῃ etc. In linguis Romanensibus parvae quidem, sed non contemnendae dativi localis occurrunt reliquiae; quarum exiguitas flexionum exiguitati est tribuenda. Valet igitur ea lex in lingua Gallica, ut verba quae dicuntur, „videndi, animad vertendi“, etc. cum nudo dativo construantur pronominum ad significandam personam, in qua quid animadvertatur etc. „Ie lui trouve bon visage“ Patria lingua, quantum scio dativi localis in substantivis nostro quidem tempore unum tantum exemplum praebet, scilicet "heime“ quare non recte Wüllnerus p. 79. „Im Deutschen ist der Dativ zur Angabe des Ortes, wo etwas ist oder wird, häufig genug aber wohl nie ohne Präposition“. In quaestione „quando“ munera ablativi, genitivus et dativus Graecus inter se diviserunt, ita, ut ablativo quoque, qui dicitur absolutus, respondeant in lingua Graeca dativus et genitivus absolutus, ille quidem rarior. (Matthiae. 1109— 2 syntax). Contra et genitivi absoluti Graecorum et ablativi absoluti Romanorum, illi in versione Gothica, hi in versionibus patriae linguae ex antiquitate exstantibus, semper fere nudo dativo redduntur. Genitivi temporales exstant „des tags“ „des nachts“ et in lingua Gallica „du temps“ (= au temps). Dativus comparativus in patria lingua antiquitus adhibitus respondet et genitivo Graeco et ablativo Latino. At ablativi loco comparativi apud recentiores scriptores Latinos genitivus quoque usurpatur (Ruddim. II. p. 105), quem usum in sermone vulgari fortasse frequentiorem locum dedisse constructioni linguarum Romanensium „plus grand de“ etc. non alienum est coniicere. De ablativo, dativo, genitivo, qui dicuntur instrumentales, causales non est cur dicam.

In singulis quoque linguis imprimis in lingua Latina genitivi et ablativi alternant. Documento sunt genitivi et ablativi qualitatis nec non illi pendentes a verbis damnandi etc. . . . .

Si iam animum advertimus ad usum praepositionum in patria lingua scilicet „von“ „aus“, quae magis accedunt ad rationem „unde“ et „in, mit, unter“ quarum vis posita est in exprimenda ratione „ubi“, quam saepe in locum illarum hae succedere possint, quisque videt. (aus Muthwillen, in Muthwillen, mit Muthwillen, et alia huiuscemodi).

§. 20.

Diezius gramm. 3—114: „In manchen Verbindungen, inquit widerstreitet ad dem Präpositionalbegriff entschieden und ist als unmittelbarer Ausdruck des alten Dativs zu nehmen, wie im französischeo étranger à une chose nach dem lateinischen alienus alicui rei.“ At mea quidem sententia in locutione „étranger à une chose“ illud „à“ non magis significatui praepositionali repugnat quam in locutione Latina „alienus alicui rei“ dativus ei, quae ipsi inest vis principalis. Sed haec missa faciamus. De nonnullis vero constructionibus in quarum historia Diezius paulum erravit et quarum originem in ipsis formis Latinis praemonstratam pervestigare praetermisit, hoc capite paulo uberius sum disputaturus.

Diezius igitur gramm. 3—114 in antiquis Galliae dialectis, cuicunque substantivo aut pronomini personali antecedente quolibet verbo signum dativi deesse posse docet. Primum monendum, idem et in nominibus propriis patriae linguae occurrere et in vocibus omnium tritissimis: Vater, Bruder etc., quae antiquitus plerumque omnem flexionem negligebant. Hic vero quem observamus apud nos usus his finibus est circumscribendus, primum ut illa nomina sint num. sing, tum vero ut iis praeter certa substantiva ad munus, dignitatem, affinitatem pertinentia, pronomina aut adiectiva non debeant esse praeposita. Quod vero dixi de numero singulari, hoc ad eas quoque, quas supra commemoravi dialectos Romanenses pertinere veri simile

est. Certe exempla a Diezio 3, 114 et 115 collecta hoc probare videntur.

Pergit Diezius 3—115 hoc modo: „Dativus ille usque ad alteram sec. XIV. partem durat; quamquam iam rarius occurrit et magis magisque evanescit.“ Primo aspectu hanc constructionem in auctoribus secul. XVI reperisse mihi videbar ut: „Quand Threicion presche Cleomenes de etc.“ Mont. II, 29; at mihi in mentem venit, id quod aliis locis articuli adiunctione probatur, hic „prescher,“ ut antiquum nostrum „predigon“ accusativum a se pendentem facere. Quod vero est certissimum, in locutione religione sua commutationi non subiecta „Dieu mercy“ usus illius vestigium usque ad nostra tempore pervenit. — Simili modo iisdemque sub conditionibus quae genitivi muneribus fungitur particula „de“ reticebatur in genitivo possessivo, ad quem usum Diezius III, 127 annotat, novissimum exemplum, quod sibi quidem notum sit, exstare apud Marotum III, 241: „Ci gist le corqs (de) Iane“ At quantum scio in Montaignio, qui una fere hominum aetate post Marotum floruit, finis illius usus est constituendus, apud quem quidem III, 234 legitur: „la gloire voir celle des quatre fils Aymon.“ Porro dialecti supra commemoratae eam admittunt libertatem, ut ad possessionem exprimendam in nominibus personalibus dativus quoque adhiberi possit (Diez. III, 128). Sin nomina quaedam excipimus composita fils — à — putain, chape à l'evêque adhuc usitata, ultimum exemplum huius usus non, ut videtur Diezio l. c., Marotus, sed iterum Montaignius praebet III, 248: „La fille a Sejanus ne pouvant etc. (Conferatur e vulgari patriae dialecto: Dem — seine Tochter. Der Anne, der Hex, ihre schwarze liebe Katz. Goethe Zigeunerlied) Ceterum mihi illa, quae in linguis quoque Romanensibus inter dativum et genitivum intercedit affinitas, cogitationem movit, num ea nisus formam „leur“-„lor“ natum e genitivo Latino „illorum“, quae quidem pro dativo usurpatur num. plur., dum forma num. sing. respondet dativo Latino, legibus syntacticis quodammodo possem accommodare. Origo quidem illius inter num. sing. et num. plur. in formis differentiae mihi in studio distinguendi quaerenda esse videtur.

Nam me — nous, te — vous nullam de numero admittunt dubitationem, quod multo aliter se habet in pronuntiatione formarum lui — luis. Diezius quidem 2, 60. „Die Disharmonie zwischen diesem Dative (lui) und dem Genitive (leur, lor) kann nicht stören. Man griff überall zu bequemen, bildsamen Wörtern.“ Mihi vero ea res ad genitivi cum dativo affinitatem revocanda videtur. Itaque genitivum leur etc. adhibitum esse puto, ut ita dicam, genitivi instar possessivi ad significandam personam etc. ad quam quid pertineat. Fuerit igitur: Je leur ai donné de l'argent = argentum dedi, quod illorum esset etc. Quare hic genitivi forma dativi quoque muneribus fungitur, ut alias et multo quidem saepius dativi formae genitivi quoque provincia evenit. In linguae enim Graecae duali genitivus et dativus numquam formis differunt idemque in quinta declinatione Latina num. sing. occurrit. Quae in num sing. primae decl. Lat. fuit antiquitus genitivi et dativi distinctio per „as“ et „ae“ abolevit et nonnullis exceptis ut „pater familias,“ genitivus omnino in dativum abiit. In patriae linguae antiquis dialectis qui non hospes est, multa similia reminiscetur. Iam, spero, locutiones eiusmodi ut: „La fille a Seianus“, minus habent, quod miremur. Quantum vero ad formas Latinas huiuscemodi: „felicis puellae“ et „bonae matris“, in quibus genitivus et dativus compositi inveniuntur, aut significatus casuum non iam sentiebatur, aut omnino illi casus iam pro significatu principali non admodum diversi sunt.

§. 22.

Docet grammatica Latina, nomina urbium primae et secundae declinationis in numero singulari quum quaeratur „ubi“ genitivum postulare. Fieri igitur non potuit, quin haec lex grammatica Wüllnerum acerrimum illius definitionis defensorem, ex qua genitivi vis sit posita in exprimendo „ubi“ non paulum torqueret. Neque tamen, qua se expediret, vir sagacissimus invenit. Nam illa, quam affert explicatio, quam debilis sit, ipsius verba documento sint. Pag 53 (Casus und Modi): „Noch schwieriger, inquit, als in den bisher erwähnten Bestimmungen der Zeit und

des Raums, ist der Genitiv der Städtenamen und einiger anderen Wörter im Lateinischen und ähnlicher Fälle im Griechischen und Deutschen. Und hier kann ich die Anschauung des „woher" weder geschichtlich nachweisen, noch als an sich leicht möglich darthun: Zwar könnte durch einen einfachen Schluss aus dem, was so eben über die Zeitbestimmung wirklich nachgewiesen ist, eine blinde Annahme der Möglichkeit dieser Anschauung gefordert werden: Denn konnte das „wann" durch den Genitiv und die das „woher" andeutenden Praepositionen ausgedrückt werden, so muss dasselbe bei dem „wo" möglich sein." Mihi vero potius conclusionem illam invertenti et a locorum ratione exprimenda, ut a ratione magis sensibus subiecta ordienti concedendum videtur. Praeterea perquam esset mirandum, vim quidem temporalem in quaestione „quando" praepositionibus probari posse, idem vero in quaestione „ubi" fieri non posse. Itaque quum Wüllnero ipsi haec aliaeque argumentationes non sufficerent p. 55 ita pergit: „Nach alle dem scheint mir die Ansicht derjenigen nicht so ganz verwerflich, die glauben, dass dieser Casus eigentlich und ursprünglich nicht Genitiv sondern Dativ sei . . . . . . Wenigstens möchte ich (p. 56) humi als Dativ fassen, da es auch „zur Erde" bedeutet." At si in iis, quae antecesserunt, Wüllnerus non dubitavit, quin genitivus quaerenti „ubi" respondere p o s s e t, non ex ea causa, quod humi nonnunquam significatum habeat „zu Boden" ei concludere licet de dativo qui in ea voce insit. Saepius enim, quod Wüllnerus suo loco annotat, in verbis movendi, non q u o motus dirigatur, sed u b i quiescat respicitur, ut alias solum id indicatur, ubi motus incipiat.

§. 23.

Suspicione vero, formas illas in „i" secundae declinationis in nominibus urbium re vera dativi esse (de illis primae declinationis disputare iam mihi supersedere licet) primo aspectu valde mihi placente, ipse aliquando tentavi, si id forte quodam-

modo etymologiae auxilio probari posset. Iamque id mihi assecutus esse videbar, quum Reisigium in libro inscripto „Vorlesungen über lateinische Sprachwissenschaft" de hac re disputasse animandverti. p. 628. „Mit Brundisii als Dativ hat es folgende Bewandniss: Schon im ersten Theile dieser Vorlesung (§. 55) ist dargethan, dass der Dativ in der zweiten Deklination zuerst οι lautete, ehe das ι verhallt war, wie im Griechischen οἴκοι, πέδοι. Das ο fiel aber hier bei solchen Beziehungen heraus, was einzeln sich schon bei griechischen Wörtern gewahren lässt, welche als Adverbia gebraucht werden, z. B. ἀμισθί entstanden aus ἀμισθοί. D a d i e N a m e n v o n O r t e n, w o j e m a n d s i c h b e f i n d e t, i m g e s e l l i g e n L e b e n t a g t ä g l i c h m u s s t e n g e b r a u c h t w e r d e n, s o m o c h t e d i e s d i e U r s a c h e von der Verkürzung des „οι in ι" sein. Dasselbe bestätigt sich auch durch das Wort domi bei „domi sum", was ein Dativ ist entstanden durch Zusammenziehung aus domui — — — —" Mihi vero ab hac antiqua forma domui (= im Hause) argumentatio ordienda visa est hoc modo. Illud „o" quod in „οι" antiquitus dativo secundae declinationis proprium erat, abiit in „u", quae forma — ui iam in dativo quartae occurrit. Sin vero „u" appropinquat ad spirantem, haec litera sequente vocali „i" clare sonante supprimitur. Variae igitur eiusdem formae modificationes sunt habendae illoi et illi. Tertiae, quae inter utramque est vestigium praeter in illa voce Galliica „lui" restitit in inscriptione: „ultimum illui spiritum" (Murat. inscr. p. 2088[3])".

Si igitur illi genitivi ad dativum sunt reducendi, spero, hanc expositionem praelatum iri illi causae, quam Reisigius affert de abiecta litera o his verbis: Da die Namen von Orten etc. (vide supra)" quae quod velint, ut ingenue dicam, mihi non liquet.

At multo praeferendum est cum viris clarissimis formas in „i" secundae declinationis proprio casui locativo attribuere eo modo formato, ut radici ipsi litera „i" adiungatur.

Ut vero ad quasdam locutiones in linguis Romanensibus observatas revertamur in: La fille a Seianus etc. (Filia Seiani)

signum ilius locativi videmus. Contra in „boni patris“ etc. locativi forma cum ea genitivi, qui proprie dicitur, coniuncta exstat.

§. 24.

Quum iam de genitivo et dativo ita disputaverimus, ut his casibus significatum inesse localem contenderemus respondereque aut „unde“ aut „ubi“ quaerentibus, haec iam in animo existit opinio aliquam esse debere formam, quae solum rei cuiusdam nomen eiusque nudam, ut ita dicam, substantiam contineat, quare re vera casus nominari non possit. Hanc igitur formam in accusativo esse censeo, de quo Wüllnerus ingeniosius quam verius disputavit, quum a falsa ordiens praemissa „accusativo significari punctum, in quod quid transeat“ nonnulla quamvis invita illi definitioni subiungeret. Itaque et ipsi aliquoties veri suspicio in mentem venit. Pag enim 108 (Cas. u. modi). difficilius esse dicit accusativos, qui dicantur, obiecti ad vim principalem accusativi reducere, quippe quia non sueti simus in iis sensuum perceptionem auxilio vocare nec linguarum comparatio ita multum auxilii praebeat, ut ea nisi contra dicentem convincere possimus. Linguas enim recentiores temporis, ut omnibus notissimum, non in ipsis nominibus casus exeudentes, hic praepositionibus non uti, sed nomen nulla commutatione facta vel ante vel post verbum ponere; mirandumque esse, huius rei vertigia plura minorave in plurimis aut omnibus linguis occurrere. In linguis enim, Sanscrita, Graeca, Latina, Germanica accusativum numeri singularis in nominibus generis neutrius eiusdem semper esse formae ac nominativum, in plurali vero (duali et plurali) idem in plurimis ex linguis nominatis ubique, in aliis vero hic illic inveniri. At hic iam rectam viam ingressus tamen revertitur omniaque impedimenta perrumpere tentat. Nihilo minus alio loco p. 114 non alienum esse dicit, accusativum c. infinitivo quasi substantivum compositum et indeclinabile intelligere, ita ut exempli causa: „Deum esse verum est,“ sit: Das Gott — sein etc. Quod si via historica

probari possit, supervacaneam esse illam quaestionem, quare „deum esse“ et pro subiecto et pro obiecto esse possit. Id vero, quod in tali conexu accusativus infinitivo adiungatur eo modo fortasse esse explicandum, (quod tamen demonstrare non possit) quod ad ideam, quae ex nomine et infinitivo constet, formandam, accusativus c. infinitivo adhibeatur. Fortassis igitur hic usum esse accusativi ad ideam seiunctam a cuiuscunque casus natura exprimendam“. Eandem sententiam, quamquam et hic non sine aliquo dubio, proponit in opere: „Ursprung und Urbedeutung der sprachlichen Formen,“ eo magis in eam adductus, postquam id, quod tentavit, scilicet, ut particulam aliquam localem e forma accusativi eliceret, ut ipse fatetur, ei non bene cessit. Hoc enim modo disputationem illam finit: „se et aliis de causis in eam sententiam pronum esse, nominativum et accusativum non nisi quandam modificationem formae radicalis esse habendos.“ Sed quum hoc loco nominativum et accusativum in eodem numero positas inveniamus (quos re vera vinculo quodam inter se coniunctos esse iam primo aspectu ex eo apparet, quod unusquisque accusativus obiectivus ita in nominativum commutari potest, ut, quod antea active, iam nunc passive dicatur) quaeritur, quaenam sit illa, quae inter nominativi et accusativi formas intercedat, condicio. De hac re sagacissime Madvigius p. 25. annot. ad. gramm.: „In der einfachsten Beugung der Nennwörter, im Neutrum, gibt es nur noch eine Form für das Wort in den schlichtesten Verhältnissen im Satze, welche zugleich die Form desselben als einzelne Benennung (ausser dem Satze) ist. In den Wörtern, die für die Phantasie die Vorstellung von Persönlichkeit oder Analogie damit haben, trat ein Hervorheben des Subiectsverhältnisses hinzu wodurch jene gemeinschaftliche Form sich in zwei, magnum in magnus und magnum theilte, und erst dadurch entstand im Lateinischen und Griechischen eine eigene Masculinendung durch die Casusbildung, da es für das männliche Geschlecht keine eigene Charakteristik im voraus vor der Casusbildung gibt, wie grossentheils in weiblichen Wörtern, nämlich den offenen. Die Form nun, die im Neutrum sowohl dem

Accusativ entspricht und die in den andern Geschlechtern nach der Bildung eines Nominativs als Accusativ bleibt, ist selbst keineswegs durch eine besondere Endung oder ein Suffix gebildet; es ist das Wort ohne Verhältnisszeichen, der Stamm, nur gewöhnlich etwas durch die Aussprache modificirt."

De usu syntactico accusativi Madvigius p. 25 explanat. Vituperatis vero iis, qui dum falsam eandemque tamen tritissimam accusativi deffinitionem retinent insulsitatem quandam linguae tribuunt in eo positam, quod illam obiectum ut punctum extra actionem considerasse putent, quo actio sese moveat, quod contra obiectum actioni ipsi inesse, his igitur explosis suam de hac re sententiam his fere comprehendit verbis: „Ratio qua obiectum cum verbo coniunctum est non nisi in nominis omnino flexione carentis iuxta-positione versatur."

Quibus omnibus toto animo subscribo nec opera mea nisi hac sententia paucis illustranda continebitur.

§. 25.

Si enim quaerimus, ubi optime accusativi naturam absolutam cognossere possimus, ille conexus, quo cum infinitivo coniunctum eum invenimus, oculos nostros in se convertit, de cuius quidem conexus natura et causa apud Wüllnerum non constare supra vidimus. Attamen ea res non admodum difficilis mihi esse videtur ad explicandum. Infinitivus enim pro natura sua forma est absoluta verbi, quare eius quoque substantivi formam absolutam exigit, quod cum eo quasi in unum coalescit. Apparet igitur haec forma absoluta et neutralis in exclamationibus: Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν Xen. Cyrop. II, 2, 3; (conf. Krügerus §. 55, 1. A. 6., Buttmannus §. 142, A. 6): Te nunc mea Tullia sic vexari, sic iacere in lacrimis etc. Cic. div. XIV, 2 quod minime ut a verbo aliquo omisso pendens, sed ut res tum animum Ciceronis angens eique obversans intelligendum est. Apparet non minus luculente absoluta forma si substantivum una cum infinitivo vel subiecti vel obiecti loco est, cuius usus exempla afferre supervacaneum est. Dignum vero, ut observentur aptissime conferendae constructiones huiuscemodi linguae Italicae: Zefiro torna e l'bel tempo rimena e garrir Progne e pianger Filomena Petr. 269. Denique formam de qua agitur sine ulla dubitatione cognoscimus, ubi in lingua Graeca accusativus c. infinitivo quasi unam vocem efficiens vel praepositiones vel coniunctiones (πρίν, ὥστε) sequitur.

Qualem autem illam formae absolutae iuxta — positionem intelligamus, priusquam ad alia transeam, ad tempus ex patria lingua illustrare mihi in animo est. Videre illam mihi videor ubi adiectivum nulla commutatione facta aut praedicati aut appositionis loco substantivum suum sequitur. Hoc imprimis in patria lingua medii aevi est frequentissimum: diu heide rôt. Walth. 122, 31: an deme himele wît. Diut. 3, 44: man pflac des helden unverzagt. Parz. 426: die helme guot. Nib. 2296, 3: ob den porten hôch. Parz. 31, 13 etc.; illud vero vix exemplis illustrare opus est. In linguis Graeca et Latina nihil simile, nisi forte illa constructio, ubi adiectiv. generis neutrius (id est in forma absoluta) substantivis cuiuscunque generis pro praedicato adiungitur, quod nihil aliud significat, nisi ut idea illius adiectivi nomini aut attribuatur aut non attribuatur. Pro natura vero generis neutrius, ut hoc obiter dicam, quippe ut solam ideam rei exprimentis, non est admirandum, si substantiva generis neutrius in numero plurali verbum sequitur positum in num. sing.

§. 26.

Omnium autem optime, quae sit forma absoluta eiusque iuxta — positio, e linguis Romanensibus cognoscemus. Non est enim dubitandum, quin substantiva et adiectiva earum certe omnia illa num. sing. exorta sint e forma accusativi Latini. Imprimis hanc originem persequi licet in lingua Provinciali, in

qua quidem duarum formarum distinctio restitit, quarum altera nominativo, altera vero accusativo Latino respondet. Iam quae ex his certis quibusdam particulis instructa ad flexionum amissarum damnum supplendum adhibetur, forma illa ipsa est accusativo Latino similis. Ut vero summo iure flexiones eo modo exortas esse suspicati sumus, ut formae cuidam radicali suffixa adiungerentur sensim sensimque cum ipso nomine coalescentia, sic iam pro circulo, in quo omnes res humanae versantur, illis suffixis dissolutis, formam illam radicalem emergentem videmus.

Proprium vero formae radicali sit necesse est, ut usus eius latissime pateat, cui id quoque favet, quod illa in certis dialectis Romanensibus (quod attigimus, quum de dativo ageremus) non solum nominativi et accusativi, quod quidem est multo frequentissimum, sed etiam genitivi et dativi muneribus fungitur. Nuda enim illius formae iuxta-positione iam satis quo sit referenda, apparet neque ipse terminus technicus „accusativi“ quidquam significat, nisi aliquid quocunque modo ad aliud quidquam esse referendum, (Casus der Hinsicht) id quod et genitivum et dativum in se continet, nisi illorum rationes propriis formis in conspectu ponere placet. Sic lingua Hispanica ne obiecti quidem nuda iuxta-positione contenta, si illud est personae vel omnino animalis ei anteponit particulam „a,“ ita, ut, ubi id fiat quod verbo exprimitur, dicatur, exempli causa: El padre ama al hiio. Diez. 3—90. (similiter in vulgari patriae linguae sermone: an jemanden necken, etc.) Supersedere possum enumerare eas, quae in ceteris linguis inter dativum et accusativum sint vicissitudines plurimae.

§. 27.

Errare mihi videntur grammatici saepe prolepsis constructionem (quae quodammodo anachronismo comparari potest) interpretando, quae non est. In his Krügerus gram. §. 57, 2, 4: Als Prädikat kann so auch ein Nomen angefügt werden, das erst in Folge der Handlung des Verbums als Prädikat eintritt —

proleptisches Prädicat.“ Exemplum affert: Περικλῆς τοὺς υἱεῖς ἱππέας ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων. Plat. Men p. 94. b. At vero aut in omnibus, quae dicuntur duplicis accusativi constructionibus prolepsis inest, aut hic omnino nihil est proleptice dictum. Sensus enim non: lehrte sie als die besten Reiter, sed: lehrte sie zu Reitern heran, etc et haud scio an in loco illo Virgilii: „Premit placida aequora pontus Aen. X, 103 eadem constructio liberius quidem usurpata occurat. Id quoque non recte Krügerus gramm. dial. §. 46, 8, 2: „In andern Fällen wird der eine Accusativ mit dem Verbum zu einem Begriffe verschmolzen uud damit, wie mit einem den verschmolzenen Begriffen gleichbedeutenden Verbum ein zweiter Accusativ verbunden: Ὦ Ζεῦ οἵαν μ᾽ ἔθου λώβαν pro: ὥς μ᾽ ἐλωβήσω. Quis enim non videt, quae vis sit multo maior in illa enuntiatione quam in loco eius supposita! in nostra: „Du hast mich verspottet,“ quam in altero: „Du hast mich zum Spotte gemacht“ quum quidem substantivum, quae singula turpia in verbo inesse possunt, omnia comprehendat.

§. 28.

In certis verbi formis una sensum activum et passivum latere posse iam ex eo quis suspicetur, quod idem etiam nunc ad formam absolutam verbi, scilicet infinitivum quadrat. Similia quaedam in substantivis deprehendimus, quum quaereremus, quare illud: „amor patris,“ per se eam admitteret ambiguitatem, ut aut esse posset „pater amat“ aut „pater amatur.“ Ad eandem igitur explicationem revoco, quod exempli causa: „amplexus“ (part. perf.) versum in patriam linguam modo significatum habet „einer der umfangen hat“, modo „einer der umfangen worden ist.“ Est enim is „amplexus“, qui in statu est amplexùs sed is duplex esse potest pro ut quis eum amplexum dat aut accipit. Huiusce generis participia sunt: comitatus, confessus, dimensus, ementitus, expertus, interpretatus et alia. Cf. Zumpt §. 632. In aliis contra participiis exempli causa laudatus et hortatus formae genus non differt; attamen hoc

semper active illud vero passive est intelligendum, quare usu sensim sensimque aliquam distinctionem factam esse puto in plurimis verbis, quid provinciae activi, quid provinciae passivi attribuatur. In linguis Romanensibus participium temporis praesentis sensum activum occupavit, participium contra praeteriti sensum passivum. In praeterito vero verborum, quae dicuntur reflexiva: Mi sono cogitato (ich bin einer der bei sich gedacht hat) clare sensus activus apparet. Patria lingua quamquam in universum eodem modo ac linguae Romanenses egit, exempla tamen retinuit, in quibus participio praes. verb. trans. sensus passivus (Grimm. 4, 66) participio autem praeteriti sensus activus inest. (Grimm. 4, 70) Hoc quoque annotandum, partic. praet., si absolute ponitur, nonnumquam accusativum obiecti a se pendentem facere. Certe huiusce generis esse censeo: Gesetzt den Fall, angenommen den Fall etc. His praemissis verto me iam ad illustrandam formam verbi praeteriti compositam e verbo auxiliari „haben" et participio praeteriti.

Non vereor igitur ne peccem in linguae ingenium contendens, locutionem „ich habe gefunden" per se consideratum respondere posse constructioni in lingua Graeca nonnumquam usurpatae: ἔχω δεήσας etc. Sed historia linguae se interponente, quia numquam invenitur, quod antiquioribus certe temporibus inveniri debuit, si illa explicatio recte se haberet, igitur, quia numquam occurrit participium cum subiecto in genere et numero congruens, simul quod forma Romanensis: j'ai pris continuo nos ducit ad Latinum illud genus dicendi: habeo captum . . . ., ea potius est amplectenda explicatio, ex qua „gefunden etc." pro obiecto est adiunctum ad verbum „haben" Hoc fulcitur imprimis antiqua dialecto, (Grimm. 4, 69,) si quidem obiectum nominis additur ut: Otfr. V, 7, 29: „si eigun ginomanan druhtin mînan" quo efficitur „ginomanan" appositionem esse ad „druhtin" totamque dictionem „druhtin ginomanan" pro obiecto cum verbo „eigun" esse coniunctam. Hoc dicendi genus aptissime convenire videmus iis enuntiationibus, in quibus, ut in loco illo Otfridi, de possessione et de re durante agitur, quod quum non semper ita sit, quam contorta alibi enuntiatio evaderet, si antiquum dicendi genus esset retentum, in aperto est. Quare quum illud ortum ex iis enuntiationibus, in quibus legitimum obtinet locum, postea omnino ad rem aliquam antea actam exprimendam adhiberi coeptum est, commutatio aliqua in eo existeret necesse fuit. Ut vero sermo liberius agere posset neve semper possessionis et temporis praesentis cogitatione impediretur, ratio obiecti qua participium et substantivum cum verbo auxiliari coniuncta sunt, id quod participii et substantivi congruentia in conspectu ponitur, tolli, participium vero magis in naturam verbi restitui suique iuris fieri debuit. Hoc autem factum est participii flexione amissa. Iam in phrasi: „Hannibal hat oftmals die Römer besiegt" illud „besiegt" non ut pendens a „hat" sed ut ipsum accusativum „die Römer" regens cogitatur. Principatus enim, quem participium obtinet illud imprimis documentum, quod in enuntiationibus relativis et coniunctionalibus saepe verbum auxiliare negligitur neque tamen illud desideramus, ut in inscriptione opusculi Lessingiani: „Wie die Alten den Tod gebildet" etc. Ex hoc uno exemplo elucet, flexionum causam non tam in quadam oris pigritia quam in studio sermonem maiore mobilitate instruendi versari.

§. 29.

Linguae Romanenses antiquae eius constructionis, quam in patria lingua observavimus, vestigia retinuerunt. Docet enim exempli causa grammatica Gallica: Participium praeteriti congruit cum obiecto suo (Rég. direct) si hoc illi antecedit (non, tamen sine nonnullis exceptionibus, in quibus grammatici, quantum quidem mihi cognitum est, praetermittere solent participium „fait" in constructione duplicis accusativi, non commutari: Ma mère m'a fait chretienne. Chateaubriand: Les amours de deux sauvages. Nihilo minus in lingua Gallica ante hos quadringentos trecentosque annos valente (cuius usus Diezius mentionem non fecit) obiecto antecedente participium praeteriti contra usum recentioris temporis inflexum manet saepissime. Usum quidem hunc nimis deficientibus copiis

literariis longius pervestigare non licuit. Haec tamen exempla affere satis fuerit. En lui et en tous les autres princes, que j'ai cogneu ou servy. Commines, Prologue p. I. Imprimis apud Montaignium exempla exstant frequentissima: — — — des sainctes et divines chansons que le sainct Esprit a dicté en David. 1, 398. — il n'a peu remarquer les extremes offices, qu'il a receu II, 69 etc.

In eodem vero hoc scriptore etiam tum, ubi obiectum pendet ab infinitivo in locutione composita e parf. déf. et infinitivo, tamen, perquam raro quidem, participium cum antecedente accusativo congruit. Sic mihi occurrit. — — comme la plupart du sang fut desja escoulé par les veines qu'il s'estait faictes tailler à son medecin II, 91 quod constructionis genus a lingua Gallica in universum est alienum, non tamen abhorret ab usu linguae Italicae: „una nave, laquale io ho fatta apprestare.“ Boccaccio Decam V, 1 p. 116 ed. Wagner.

§. 30.

Gramm. 3 p. 224 et seq Diezius ostendit, quatenus accusativi c. infinitivo constructiones in singulis dialectis Romanensibus restiterint, ex quo apparet, eas in lingua Provinciali et antiquiore dialecto Gallica non nisi in versionibus occurrere, et ita pergit: „Wo aber die Sprache sich selbst überlassen ist, zeigt sie wenig Neigung zu dieser Structur. Seltsam ist, dass die älteste Poesie so wenig damit vertraut ist, da doch die Literatur des 15. und 16. Jahrhunderts so manches Beispiel gewährt.“ Sin seculi XV. et XVI. ingenium consideraverimus, fore spero, ut de ea re mirari desinamus. Incidit enim in illa tempora reviviscentis antiquitatis studium acerrimum a linguae Graecae et Latinae scientia non separandum. Ex iis igitur illam constructionem in scriptores sec. XV. et XVI. irrepsisse, eandem vero quum postea summa in castiganda patria lingua opera conferretur sublatam puto. Ex Montaignio vel sexcentas accusativi c. infinitivo constructiones afferre possum, qui quidem scriptor in una quaque operum suorum pagina

familiarissimi sui cum auctoribus Latinis usus exempla edit nec non. III, 39 ita linguae Latinae mentionem facit: „Quant au Latin qui m'a été donné pour maternel ....“ Neque tamen negarim, literaturam quoque Italicam fortasse ad hanc rem vim habuisse.

§. 31.

Artissime cum ea, quam adhuc tractavimus, materia cohaeret quaerere quatenus verbum et partes declinabiles, substantivum scilicet, adiectivum, participium, imprimis quantum ad casuum rectionem sibi sint affines.

Proxime infinitivi naturam ad substantivum accedere cuique liquet. In lingua Graeca vero articulus quidem ei antecedit saepissime; attamen infinitivus in casuum rectione semper verbi naturam retinet. Gerundium Latinum, quod non est nisi infinitivus flexione instructus plerumque verbi casum eodem modo ac infinitivus Graecus a se pendentem facit; nonnumquam tamen illam formam omnino in substantivum abire videmus exempli causa: „exemplorum eligendi potestas (= pot. electionis exempl.) Eorum adipiscendi causa. — — reliquorum siderum quae causa collocandi fuerit etc. Cf. F. Schulz gram. Latin. §. 419 In linguis Italica, Hispanica, Lusitana, infinitivus articulo praeposito et substantivi et verbi naturae particeps est licetque eodem iure dicere: „Il trapassar del ponte“ ac „Il trapassar el ponte.“ Quantum denique ad patriam linguam nostro quidem tempore infinitivus antecedente vel articulo vel adiectivo vel praepositione (exceptis „zu“ et „um zu“) nonnisi genitivum permittit, dum in lingua medii aevi nonnumquam verbi natura praevalet Grimm. 4, 716.

Participium in linguis Graeca et Latina plerumque verbi casum regit. Sin invenimus constructionem huiuscemodi; ut Eurip. Electra 335 ed. Nauck κάρα τ' ἐμόν ξυρῆκες ὅ τ' ἐκείνου τεκών“ ea differentia inter „ἐκεῖνον τεκών“ et quod nostro loco exstat: „ἐκείνου τεκών“ est, quod illic non nisi ad eum, qui semel fit actum gignendi, spectatur, hic vero ad rationem per-

petuam in quam genitor cum genito intrat, scilicet patris et filii. Simili modo se habent participia Latina temp. praes. aut genitivum ut substantiva (patiens doloris) aut casum verbi a se pendentem facientia (patiens dolorem). De participio Graeco hoc quoque annotandum, illud rarius praeposito articulo generis neutrius ita substantivi naturam induere, ut genitivum regat, exempli causa: Τὸ ὀργιζόμενον τῆς γνώμης ut nos „Das Drohende seiner Blicke etc.“ Ex aliis linguis nihil habeo quod in comparationem vocem. Ceterum in participio natura subst. gen. neutr. elucet ex hac constructione Gallica, quae tamen fortassis sit inter ἅπαξ λεγόμενα: „. . . . la providence a pour ainsi dire attaché les pieds de chaque homme à son sol national, par un aimant invincible. Chateaubr. gén. d. Christ. Participia verbalia linguae Graecae aut omnino sunt naturae verbalis aut adiectivae, cui comparanda duplex constructio Latina: agendum est vigilias et agendae sunt vigiliae etc.

Adiectiva et substantiva raro verbi ex quo orta sunt naturam retinent ut Soph. Antigone 386 φύξιμος, accusativi et Aeschyl. Prometh. 613 δοτῆρα dativi casum regunt. In loco Promethei vero: Πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ᾽ ὁρᾷς Προμήθεα similis differentia inter hanc locutionem et alteram, quae usitatior foret: „τὸν πῦρ βροτοῖσι δόνθ᾽ ὁρᾷς etc. mihi constituenda videtur, quam supra in loco Euripidis prompsimus.

Supinum quod vocatur Latinum est substantivi in „us“ casus accusativus, is tamen omnino naturae verbalis. Audacissime vero apud Plautum a voce „curatio“ (Quid tibi curatio est hanc rem) et apud Terentium a voce „auctor“ (idne estis mihi auctores?) accusativi pendent.

Ex adiectivis patriae linguae in hanc disputationem cadunt ansichtig werden et gewahr werden in quibus verba „ansehen“ et „gewahren“ vim suam habent. Grimm. 4. p. 757. Quae denique Grimmius affert substantivorum cum accusativo constructionis exempla, haec valde dubia esse ipse fatetur. Qua vero causa adductus huius constructionis in lingua Anglica usum frequentissimum, praetermiserit non possum intelligere. Forma enim in „ing“ a verbo deducta, si antecedente praepositione substantivi loco est, casum verbi regit eodem modo quo Gerundium Latinum: „I was recoiced at seeing him“ I have always considered the press as the protector of our freedom, as a watchful guardian capable of uniting the weak against the encroachments of power.“ Sin illi formae antecedit articulus „the“ grammatici quidem, ut genitivi signum „of“ sequatur, exigunt; sed vel optimi scriptores id non semper curant.